



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. XLII. Peregrinatur, & minoribus ordinibus initiatur Godefridus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

CAP. XLII.

Peregrinatur, & minoribus ordinibus initiatur Godefridus.

Gen. 12. **D**Enique ut summi etiam Patriarchæ non deesset obedientia, dictum est illi à patre Norberto: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Ad quod sine mora, implendum obedientissime paruit, iamque discessurus vna cum venerabili Domino Ottone fratre suo: Ecce inquit frater mi, si quid hactenus re fiduum fuit, quod non perfecta renunciatione calcauimus, iam funditus in nomine CHRISTI deseramus, nihilq; vltra proprium retinentes ad iter obedientiæ alacriter properem⁹. Venit ergo ad locum verè, iuxta nomen suum, à Domino *premonstratum*, electum ac prædestinatum, vbi & origo nostri ordinis cœpit, vbi cū fratre acolytus ordinatus est, ibiq; quâ pluri-

*Vnde
premon-
stratensis
ordo.*

plurimos angelicæ suæ conuersationis exemplis roborauit.

CAP. XLIII.

Venit Elfenstadium, ibique incipit agrotare.

Post annum vero reuocat⁹ ad patrem Norbertum iam Archiepiscopum Magdeburgensem, cum sæculi pompam vel strepitum sancti *In Sa* viri egrè ferret aspectus, Domino e- *1.7 p. 2* lectum suum remunerare disponen- *dicunt* te, lenta cœpit pulsari ægritudine, ac *Elfenst* ceptaque benedictione patris Norber- *dese m* ti, ad Eloftadense declinauit cœno- *naster* bium, vbi hoc ordine post non mul- *um.* tos dies migravit.

CAP. XLIV.

Quæ ad moriendum piis consolatio, pænèq; illecebra sit, ostendit æger Godefridus.

Cum læguoris molestia sensim per dies ingrauesceret, aderat ei deuo

E 2 ta